



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

Ixxx. Ad angustias pectoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad angustias pectoris.

CVM angustia laborat in cibo capiendo, & violenter transglutit, difficultatem cibi transmittendi affert gutturis inflamatio. Sanabis, si partem ynam ramenti ferri, & carnis calidæ alteram parteim, ouique vitellum vbi miscueris, accipitri deridis.

Ad anginam.

OLEI, vini, mellis æqualis mensura cum carne detur edenda.

Ad obseffas fauces.

LA SER in vino teratur, hisque perfusa caro accipitri detur. Solet sæpe accipitribus ex nimia edacitate, vel ex noxio humore intus infra pectus, & cor, & maxillas quiddam humoris plenum nasci, simile pustulis aut strumis; cui nisi citò succurratur, consumit auem, nec ita multo post cognosces affectum, si vides ipsum frequenter expetere aquā. cum enim aquam aspicit, aut puteum, aut stagnum, ardenter illuc cupit ire, & crebro euolare contendit, inflammato humore exardescens.

I